



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

ix. De irregularitate contracta ex delicto violandi censuras Ecclesiasticas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

De Irregularitate contracta ex delicto violandi Censuras Ecclesiasticas.

Cap. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicatus maiori, suspensus, vel interdictus, officia diuina solemniter exercens, irregularis est.
- 2 Violans Ecclesie censuras, ut irregularitatem incurrat, que requirantur.
- 3 Officia diuina, quorum exercitio irregularitas causatur que censenda.
- 4 Censura irretitus, & actum ordinis sacri solemniter exercens irregularitatem incurrit.
- 5 Episcopus censura irretitus, & Pontificalia exercens irregularis est.
- 6 Missam celebrans si excommunicatus sit maiori, aut alia censura irretitus irregularis efficitur.
- 7 Diaconus censura irretitus, Euangelium solemniter cantans irregularis est.
- 8 Baptizans solemniter aliqua censura irretitus irregularis efficitur.
- 9 Baptizans tanquam laicus, omisis solitis cerimonijs, etiamsi excommunicatus sit, irregularis non est.
- 10 Iurisdictionis actum in excommunicatione exercens irregularitatem non incurrit.
- 11 Suspensus a beneficio, si quis iurisdictionis sunt exerceat, irregularis non est.
- 12 Diuina officia in excommunicatione audiens irregularis non est.
- 13 Sacramentum quodcumque, excepto ordine, censura innodatus, recipiens irregularis non efficitur.
- 14 Diuina officia solemniter exercens, se verè censura ligatum existimet.
- 15 Excommunicatione minori ligatus officia diuina solemniter exercens irregularis non est.
- 16 Excommunicatus qui non est, celebrando coram excommunicatis denunciatis irregularis non efficitur.
- 17 Excommunicato, aut aliqua alia censura innodato inferuens irregularis non est, quamuis ipsemet censura innodatus sit, nisi &c.
- 18 Censura irretitus, quamuis ipsemet officia diuina non celebrat, si tamen celebrationi auctoritatem præstet, irregularis erit.
- 19 Extraneus, [Adeuitanda,] nihil utilitatis censura irretitus affert.
- 20 Degradatus, aut depositus actum ordinis sacri solemniter exercens irregularitatem non incurrit.
- 21 Suspensus ab ordine superiori, actum ordinis inferioris exercens irregularis non est.
- 22 Ignorantia probabilis alicuius censuræ actum ordinis sacri exercentem solemniter ab irregularitate excusat.
- 23 Ignorantia probabilis, sicut a peccato, ita ab irregularitate ex peccato incurrenda excusat.
- 24 Excommunicatio contra pensionarium non soluentem pensionem lata, quando valida censetur.
- 25 Locantes bona Ecclesiastica ultra triennium, an celebrantes irregularitatem incurrant.
- 26 Celebrantes in casu, quo credant se ad censuræ alicuius obseruationem non teneri, an sint irregulares.
- 27 Excommunicatum se sciens, ex aliqua: amen causa id non animaduertens, contra censuram faciens irregularis non est.
- 28 Celebrans per ignorantiam iuris, sciens se censura irretitus

rebat bis confirmatus est, non est irregularis, sicut rebaptizatus ignorantibus, quia, inquit, *Qui bis de consecr. dist. 4.* loquitur de rebaptizato, & non de reconfirmato, & peccata non sunt excedenda, maxime pœna irregularitatis, vt dicitur in cap. is qui, de sent. excom. lib. 6. Syluest. verb. irregularitas, q. 4. Tabiena, verbo irregularitas, q. 9. septimo. Causa sine. Castro lib. 1. de potest. leg. pen. c. 7. documento 3. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 1. in princip. numero 8. vers. sed & illud, de homicid. Greg. de Valètia tomo 4. Di. 7. q. 19. puncto 3. §. 5. vers. Quartum. Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 28. & hæc opinio verior est, & loquenda. Ratio est: quia non est ponenda irregularitas, nisi sit in iure expressa, nullibi autè habetur iterantes hoc Sacramentum esse irregulares, quamuis procul dubio peccent mortaliter; & hoc maxime cum pœne restringendæ potius sint, quam ampliandæ. Diuersa autè ratio est in Baptismo, & Confirmatione, ex Soto, Castro & Couar. vbi supra, cum irregularitatis pœna in odium Donatistarum fuerit rebaptizantibus imposita, quippe, qui illam sustinebant hæreticum, quod baptizati ab hæreticis essent rebaptizandi; nam & Apabattia nostris temporibus volunt paruulos semel baptizatos, iterum forte rebaptizandos, cum ad vsum rationis accesserint, quæ tamen ratio de confirmatione, & ordine non militat. Nec valet Canonistarum ratio à similitudine Baptismo ad Confirmationem, maxime ad irregularitatis pœnam constituendam, cum hæc necessario requiratur expressam iuris Pontificij constitutionem, vt in *is qui, de sent. excom. lib. 6.* habetur.

29 Illud verò cap. *Distum, de consecr. dist. 5.* eorum sententiam non probat, cum ibi solùm habeatur, quod sic delinquens soli Deo sub habitu regulari, vel clericali religiosissime famuletur; Quibus verbis, vt Scotus & Alphonsus de Castro, vbi supra notant, non innuit pœnam irregularitatis, sed magis oppositum; puta exercitium officij Clericali, nam in executione ordinum, & præcipue in consecratione Eucharistiæ, præcipuus Clerici famulatus consistit; Quod ministerium, (vt omnibus manifestum est) nullus, qui irregularis est, rectè exhibere, aut exercere potest. Ex quibus etiam sequitur contra Maiolum, vbi supra, multo minus incurrere hanc irregularitatem, ex aliarum rerum Sacramentalium, vel consecrationum iteratione quamuis in iteratione peccatum committatur, vnde si quis, vel hostiã consecratam reconsecret, vel aquam Benedictam rebenedicat, vel eucharistiam reconsecret, vel etiam oleum infirmorum rebenedicat, non propterea irregularis erit, cum id in iure non habeatur expressum.

30 Denique aduertendum est, differentes susceptionem baptismi vique ad ageritudinem, vel senectutem, esse irregulares, cap. si quis, dist. 57. Summa Confess. lib. 3. tit. 20. q. 1. & 2. Si tamen post baptismum susceptum vitæ exemplaris exsistant, & sit necessitas ministerum, ordinari possunt, si aliud non obstat. Ratio huius est ex gloss. in d. cap. si quis, in verbo, Sed ex necessitate, & S. Anton. part. 3. titu. 29. de Irreg. cap. 6. §. 2. Syluest. verbo, irregularitas, quæst. 21. Viualdi tract. de irreg. num. 45. Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 30. quia non præsumitur fides voluntaria; nec tollitur irregularitas hæc per baptismum, ex gloss. & S. Anton. cit. quia baptismus ita dilatus inducit eam; idem autem non operatur contrarios effectus, arg. cap. Maiores, vltra medium, de baptismo & eius effectu, & Syluest. verbo, irregularitas, q. 21. Angelica, verbo irregul. §. 5. Alphons. Viualdi tract. de irreg. num. 46.

31 Quoad dispensationem autem huius irregularitatis, communis Doctorum sententia est, solum Papam in ea dispensare, Summa Confess. libr. 3. titu. 24. quæst. 7. Summa Pifarella, verbo, dispensatio, §. Sexto, Angelica, verbo irregularitas, §. 24. Tabiena, verbo, dispensatio, nu. 15. §. Decimo tertio, vers. Quarto decimo. Syluest. verbo, irregularitas, nu. 6. quæst. 4. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 14. in fine. Alphons. Viualdi tract. de irreg. nu. 46. Si tamen delictum esset occultum, posset Episcopus dispensare iuxta Conc. Tri. Sess. 24. de Reform. ca. 6. Vnde tollitur controuersia, quæ olim fuisse videtur in hac re.

- titum irregularitatem incurrit,*
- 29 *Dubitans, an censura, nec ne, irretitus sit, si dubium pra-*
ctico deponat, celebrando ab irregularitate excusatur.
- 30 *Dispensatio ab irregularitate ex violatione censurae incur-*
sa, an & quando ad Papam, vel Episcopum spectet.
- 31 *Dispensatio Regularium ab irregularitate ex violatione*
censurae incurſa, à Prælatiſ fieri poteſt.

Quoniam multa, quæ ad præſens inſtitutum ſpectant, copioſè ſatis in materia de ſuſpenſione, & interdictione expoſita ſunt, ſatis erit in præſentiarum pauca, quæ ſuperſunt, ſummatim afferre; ex quibus tamen quando, & quibus in caſibus, irregularitas omnis, quæ eſt ex delicto violandi cenſuras Eccleſiæ, incurritur, manifeſtum erit.

- 1 *Primo* igitur, omnis excommunicatus excommunicatio-
ne maiori, vel ſuſpenſus, vel interdictione, ſi facit officia
Divina, exercendo ſolemniter actum ordinis ſacri, quem
habet, irregularis eſt ſi ſcienter, vel ſcire debens id præ-
ſtet, id quod de ſuſpenſo colligitur ex cap. 1. de ſenten. ex-
com. lib. 6. & c. 1. de ſent. & re iudic. libr. 6. & latius expo-
ſuimus in materia de ſuſpenſione cap. 16. & de Interdictione
haberetur in c. is cui, de ſent. excom. lib. 6. & copioſius expo-
ſuimus in materia de Interdictione c. 13. in pœna duodeci-
ma. & de excommunicatione, colligi poteſt ex cap. Si quis
Episcopus. 2. 1. q. 3. & tradit DD. communiter vt Innoc.
in cap. 1. num. 4. in verbo, irregularitatem, & ibi Gemin. §.
ſi quis autem, num. 4. verſ. Quarto. Franc. & Anchar. ibi, in
d. §. ſina. de ſent. excom. lib. 6. Panor. in cap. 2. numero 7. &
ibi Marian. Socin. nume. 6. de Cleric. excommun. miniſtr.
& Felin. in capit. Apoſtolicæ, numer. 17. de except. Henric.
Bohic. in cap. ſin. num. 9. de Cler. excommun. miniſtr. Pa-
lud. 4. diſtin. 18. queſt. 4. verſ. Quintus effectus. Gab. 4. diſt.
18. queſt. 2. artic. 3. Angelica verbo excommunicatio, vlt.
§. 6. & verbo Irregularitas, 1. §. 40. S. Anto. 3. part. tit. 29. de
Irreg. cap. 1. §. 1. Sylueſt. verbo, Irregularitas, queſt. 13. Ta-
biena, verbo, Irregularitas, 4. in princip. Naua. in Manual.
capitul. 27. numero 163. & numero 244. Couar. in capitul.
Alma mater, parte 1. §. 2. numero 11. & §. 6. numero 9. de
ſenten. excom. lib. 6. Martin. Ledefm. 2. 4. queſt. 26. art.
2. de Irreg. pag. 366. colum. 4. Sotus 4. diſt. 22. queſt. 1. ar-
tic. 4. Concluſ. 2. Maiol. lib. 3. ca. 21. Henriquez lib. 14. cap.
7. Alphoſus Viualdus tract. de excommun. num. 33. Se-
baſt. Medices, par. 2. tit. 9. queſt. 3. §. Quarto. Cosmus Phi-
liarchus, lib. 4. ca. 13. Summa Corona, tract. de irreg. num.
21. Thom. Zerula, in ſua praxi Episcop. pa. 2. verbo, irregu-
laritas, dub. 2. Toletus lib. 1. inſtruct. Sacerd. cap. 30. Greg.
de Valentia tomo 4. diſp. 7. queſt. 19. puncto 3. §. 5. verſic.
Tertium delictum. & eſt communis omnium Theologor-
um, & Canonistarum opinio. Dixi. *Scienter*, quia hæc irre-
gularitas contrahitur ob contemptum alicuius cenſuræ
Eccleſiaſticae, ideo qui celebrat ſine illarum contemptu,
non eſt irregularis.
- 2 *Secundo*, Multa neceſſaria ſunt, vt ſic cenſuras Eccleſiæ
violans irregularitatem incurrat, prout ex dictis conſtat,
quæ omnia explicanda ſunt.
- 3 *Primum eſt*, vt ſic excommunicatus, ſuſpenſus, aut inter-
dictus faciat aliquod officium Diuinum; *Per officia ve-*
ro Diuina, intelliguntur actus annexi ordini Clericali, qua-
les ſunt, Sacramenta adminiſtrare, celebrare Miſſam, lege-
re Epistolam, vel Euangelium publicè in Eccleſia, benedi-
cere aquam, oleum, & alios fructus terræ, cum precibus,
& carimonijs ad id ab Eccleſia inſtitutis.
- Secundum eſt*, vt faciat illud opus Diuinum ſolemniter;
tunc autem officia hæc fieri dicuntur ſolemniter, quando
ſunt a Clerico illis carimonijs, & veſtibus, quæ compe-
tunt ei ex officio, & ordine, quem habet. Vnde non ſuf-
ficit, ſi faciat alios actus, qui non ſunt officia Diuina; ſi-
cut non ſufficit, ſi faciat aliquod opus Diuinum more
laici.
- Tertium eſt*, vt exerceat actum ordinis ſacri; Quamuis
enim nonnulli, vt Innoc. in cap. ſina. num. 1. verſic. in offi-
cio, & ibi Panor. num. 5. de exceſſ. prælat. & idem Pano.
in cap. 2. num. 10. de cler. excommun. miniſtr. Anchara. in
c. cum medicinalis, num. 2. & Philip. Franc. ibi, §. caueant,

de ſenten. excommunic. lib. 6. Angelica, verbo, irreg. §. 46.
Sylueſt. verbo, irregularitas, nume. 1. §. queſt. 13. Naua. in
Man. cap. 27. num. 163. verſic. octauo. & Maiol. lib. 3. cap.
21. num. 5. Cosmus Philarchus, lib. 4. cap. 13. Summa Co-
rona, tract. de irreg. num. 21. & Vgolin. de Cenſur. Eccle-
ſiaſt. Tab. 1. ca. 14. §. 1. num. 1. velut incurri irregularitatem
etiam ſolemni exercitio minorum ordinum; Alij tamen
verius docent incurri ſolum, dum quis actum ordinis ſacri
ſolemniter exerceat, vt in materia ſuſpenſionis expo-
ſuimus, cum nullus actus ordinum Minorum ſit, qui non
a laicis cum eadem ſolemnitate, qua a clericis fieri ſolet,
exerceri poſſit; & hanc ſententiam expreſſe tenent Palu-
4. diſt. 18. queſt. 4. verſic. Quintus effectus. & queſt. 7. ar. 3.
Conclu. 2. Rich. 4. diſt. 18. artic. 7. queſt. 5. Gabr. 4. diſt. 18.
18. queſt. 2. artic. 3. Summa Aſtenſ. par. 2. lib. 7. tit. 10. queſt.
1. & citat Rodon. S. Anton. 3. part. tit. 29. de irreg. cap. 1. in
princip. & referet S. Thom. & alios. Tabiena, verbo irregu-
laritas, 4. in princip. qui etiam referet S. Tho. & alios D.D.
& in verbo, ſuſpenſio, nume. 3. & num. 10. & referet Felin.
Sot. 4. diſt. 22. queſt. 3. artic. 1. Concluſ. 5. vbi ait, Notanda
eſſe capitula decernentia irregularitatem, quia non loquuntur
niſi de Clericis, qui ſunt in ſacris, & celebrant, vel offi-
cia diuinorum ordinum exequuntur. & 4. diſt. 25. queſt.
1. artic. 3. verſ. Quintus caſus. Couar. in calama mater, parti.
1. §. 6. num. 9. verſ. Decimo, de ſent. excom. lib. 6. Toletus
lib. 1. inſtruct. Sacerd. cap. 30. Alph. Viual. tract. de excom.
nume. 35. & Henriquez lib. 14. c. 7. §. 1. & hæc communiter
& benignior ſententia eſt.

Tertio, Ex his multa inferuntur.

Primo inferitur, irregularem eſſe Episcopum, qui exco-
municatus, ſuſpenſus, aut interdictione, Chriſma conſecrat,
aut baptizatus confirmat, aut ordines confert etiam mi-
nores, Abbates, aut virgines Deo dicatas, Eccleſias, aut al-
taria conſecrat, aut Eccleſias, araſue pollutas reconciliat,
aut ſolemnem benedictionem tribuit, aut precibus, & in-
tibus ſolemnibus adhibitis, qui habentur in cap. cum ali-
quis, 1. queſt. 5. excommunicatum abſoluit, vt de hac ſo-
lutione expreſſe ſcribit Innoc. in cap. ſina. nume. 3. de
Zabar numero 12. de exceſſ. prælat. Anchar. in cap. 1. §. ca-
ueant, & ibi Philip. Franc. de excommun. ſenten. lib. 6. Et
de ſolemni benedictione, quæ ab Episcopis tantum tribui
poteſt, ea ſcilicet adhibita forma, *Sic Nomen Domini benedi-*
dictum, de qua agitur in cap. Abbates, de priuileg. lib. 6. &
Clem. 2. eod. docet Anchar. vbi ſuprà, nu. 3. Quorum om-
nium ratio eſt; quia hæc propria ſunt Episcoporum arg.
c. Quod ſicor, §. præterea, de elect. & c. Quanto, de conſue-
tud. & glo. in c. Transmiſſam, verſic. de talibus, de elect. &
gloſ. Extrau. Suſcepti regiminis, in verbo, Pontificalibus,
de elect.

6 *Secundo inferitur*, Irregularem eſſe Sacerdotem, qui ex-
communicatus maiori excommunicatione, ſuſpenſus, vel
interdictus Miſſam celebrat, Chriſti corpus, & ſangui-
nem conſecrat, Gemin. in capitul. 1. §. caueant, & ſi quis
autem, de ſenten. excommun. lib. 6. aut vt Hebdomada-
rius officiat in choro, dicens orationem cum *Domino ob-*
biſcum, ex Richard. 4. diſtin. 18. art. 7. queſt. 5. in fine. Sum-
ma Aſtenſi par. 2. lib. 7. tit. 10. queſt. 3. Sylueſt. verbo, inter-
dictum, 5. queſt. 4. verſic. primum. Innoc. in capitul. ſina. in
princip. de exceſſ. prælat. Specul. titu. de irregul. colum. 10.
Maiol. lib. 3. cap. 19. num. 7. cap. 21. num. 6. Naua. in Man.
cap. 27. num. 163. & num. 244. Henriquez lib. 14. capitul.
7. §. 1. Vgolin. Tabula 1. capitul. 14. §. 1. numer. 5. & Cosmus
Philarchus lib. 4. capitul. 13. aut aquam ſolemniter benedi-
dit, cap. aquam, de conſecr. diſt. 3. Summa Aſtenſ. Naua.
Henriquez & alij citati ſuprà. Cosmus Philarchus vbi ſu-
prà, aut veſtes, fruges, oliuas, careos, paramenta, nuptias
benedicat, aut mulierem poſt partum in Eccleſiam intro-
ducatur cum precibus adhibitis, ex Maiolo lib. 3. cap. 21. nu-
5. & Vgo. vbi ſuprà. Ratio eſt: quia huiusmodi functiones
omnes ad Sacerdotes pertinent ex officio, & ab illis ſo-
lum peraguntur.

7 *Tertio inferitur*, Irregularem eſſe Diaconum, qui aliqua
cenſura irretitus Euangelij indutus, Dalmatica & Manipulo
cantat, ſicut etiam Subdiaconus cenſura aliqua innodatus,
ſi Epistolam cum manipulo cantet, ex Paulo, in fine.
num.

num. 5. de excess. præl. & cap. 2. num. 4. de cler. excomm. ministr. irregularis erit, idemque docent Palud. 4. dist. 18. quæst. 4. verfic. Quintus effectus. Rich. 4. dist. 18. art. 7. quæst. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 3. Franc. in capit. 1. §. caueant. vers. si verò. de sentent. excomm. lib. 6. Summa 4. dist. 2. par. lib. 7. tit. 10. quæst. 1. & quæst. 2. Angel. verbo Irregularitas. §. 40. Syluest. verbo, Interdictum; §. quæst. 4. vers. primum, & verbo, Irregularitas, quæst. 12. & 13. Tabernæ, verbo, Irregularitas, 4. in princip. & S. Anto. 3. part. tit. 29. de Irreg. cap. 1. §. 1. Nauar. in Man. cap. 27. num. 163. Martin. Ledem. 2. 4. quæst. 26. art. 5. de Irreg. pag. 366. column. 4. Maiol. lib. 3. cap. 2. num. 5. Henriques li. 1. 4. cap. 7. §. 1. & §. 4. Vgol. Tab. 1. cap. 1. 4. §. 1. num. 6. & idem si castrem, & patenam ad altare deferat, hoc enim munus est Subdiaconi, unde & hæc ei dantur in ordinatione, & ita expresse testatur S. Ant. & Vgol. vbi supra.

9 Quarto inferitur, Irregularem esse, qui Sacramentum, aliquod solemniter administrat, vbi qui solemniter Baptizatur, qui Extremam Vnctionem administrat, etiam si solennes preces non a dhibeat, ac superpelliceo, stolaque ornatus de more non sit; nam a Laico, ab eoque, qui Sacerdos non est, nulla ratione Sacramentum hoc administrari valet, Rich. 4. dist. 18. art. 7. quæst. 5. in fine. Sic etiã qui Sacramentum penitentia administrat, quicquid in hoc Rich. vbi supra contrarium senserit, quod Sacramentum hoc non solemniter exercetur, cuius opinio falsa omnino est, vt recte docet Palud. 4. dist. 18. quæst. 4. verfic. Quintus effectus. Nam absolutio penitentis in foro conscientia, sicut & Missæ celebratio, siue publicè, siue privatim fiant, actus ordinis Sacerdotalis sunt, nec a quouis qui Sacerdos non est, fieri possunt. Item Sacerdos, qui Eucharistiam iam consecratam in censura administrat, est irregularis, cum administratio huius Sacramenti actus sit ordinis Sacerdotalis. Sic Franciscus Suarez disputat. 7. 2. Sect. 4. in partem tertiam Diui Thomæ. Eodem modo irregularis erit excommunicatus, suspensus, vel interdictus Sacerdos, qui officiat Ecclesiam solemniter in Matutinis, Vesperis vel alijs Horis, ex Palud. Richardo, & alijs, vbi supra, & Innoc. in cap. 1. de excess. præl. & Specul. tit. de Irreg. colum. 10. & alijs communiter. Item irregularis erit interdictus, qui sepe solemniter cum officio in loco non interdicto, & non sacro, aut si interdictus ingressu Ecclesie celebrat inter illam, cum excommunicatus, & interdictus non minus iure prohibentur exercere actum ordinis sacri, quam suspensus ab officio, vt notat Henriquez lib. 1. 4. cap. 7. §. 1. Immo etiam Clericus scienter violans interdictum speciale loci ministrans in ordine sacro (nisi id fiat in casu permissio), vt si octauo die celebret ad renouandam Eucharistiam, cap. permissus, de sentent. excomm. & Nauar. in Man. cap. 27. num. 179. & Cosmus Philarchus lib. 4. G. 13. Summa Corona tract. de Irreg. nume. 21. Sebast. Medic. part. 2. tit. 9. quæst. 3. in fine, Toler. lib. 1. de instruct. Sacerd. ca. 50. fit irregularis, aut si in Ecclesia specialiter interdicta, eadem die Paschæ celebret, cum speciale interdictum nullolatio suspendatur.

9 Quarto inferitur, Irregularem non esse, qui presbiter excommunicatus, suspensus, vel interdictus baptizat tanquam laicus in articulo mortis, aut alio tempore extra necessitatem illam, dummodo baptismum, cerimoniae, precibusque solenibus omissis, administrat, vt laicus, Specul. tract. de Irregul. colum. 12. versic. Quid si excommunicatus, vel suspensus baptizat. Anchar. in capitul. cum medicinalis, de sentent. excomm. lib. 6. Richard. 4. dist. 18. artic. 7. quæst. 5. versic. Ille etiam Irregularis. Summa Astenf. par. 2. lib. 7. tit. 10. quæstio. 3. Syluest. verbo, Irregul. numer. 1. 5. quæst. 13. Vgol. Tab. 1. capitulo 14. §. 1. numer. 20. Neque irregularis erit qui excommunicatum absoluit omissis solemnitatibus, quæ habentur in capitulo, cum Aliquis, 11. quæst. 3. & in capitulo, A nobis, 2. de sentent. excomm. cum sine illis absoluere sit iurisdictionis. Neque irregularis erit qui omissis, Dominus vobiscum, Matutinas, aut Vespertinas preces recitat, ex Richa. 4. dist. 18. artic. 7. quæstio. 5. Sicut nec irregularis erit Diaconus qui Euangelium sine Dalmatica, aut Subdiaconus qui Epistolam sine Manipulo cantat, eo modo quo

Clericus in minoribus cantare possit. Neque irregularis erit Censura irretitus qui ea, quæ ordinis sacri non sunt, exercet; Vnde, cantans Responsorio, vel dicens Psalmos, aut Officium non officiando principaliter Ecclesiam, sed vt quilibet alius Laicus, irregularis non erit: Et idem in benedicente mensans, quod non est deputatum certo ordini sed de consuetudine exercetur indistincte etiam a non ordinato. Innoc. in capitul. Tanta; num. 5. & nume. 3. & Pan. ibi, numer. 5. de excess. præl. & idem Panorm. in capitulo. 2. numer. 3. de Cler. excomm. ministr. & Philip. Franc. in cap. 1. §. caueant, & ibi Anchar. num. 3. de sentent. excomm. lib. 6. Henric. Bohic. in cap. fina. nume. 4. de Cleric. excomm. ministr. Rich. 4. dist. 18. artic. 7. quæst. 5. Summa Astenf. par. 2. lib. 7. tit. 10. quæst. 3. Syluest. verbo, interdictum, §. quæst. 4. Henriques lib. 1. 4. cap. 7. §. 4. Cosmus Philarchus lib. 4. c. 13. Vgo. Tab. 1. c. 14. §. 1. num. 14. Neque irregularis erit, qui sepelit defunctum absque officio etiam in Ecclesia specialiter interdicta, vt notat Henriquez post alios vbi supra.

10 Sexto inferitur, Irregularem non esse, qui censura quacunque irretitus ea, quæ iurisdictionis sunt, exercet, cum aliud sit actus iurisdictionis, aliud actus ordinis sacri exercere, & irregularitas solum ordinis vsus, vel suspensionem impediatur, vt communiter tradit DD. & expresse Nauar. in Man. cap. 27. numer. 191. & Vgol. Tab. 1. cap. 14. §. 1. nume. 15. testatur; unde si excommunicet, aut excommunicatum absoluat, absque stola, & solemnitate ca. A nobis, 2. de sentent. excomm. & cap. cum aliquis, 1. 1. quæst. 3. iudicet, sententiam ferat, visitet, castiget, præsenter, eligat, aut electum confirmet, irregularis non erit. sic Panorm. in cap. fina. num. 5. de excess. præl. Ancha. in cap. 1. numer. 2. & Franc. ibi, §. caueant, de sentent. excomm. lib. 6. Syluest. verbo interdictum, §. quæst. 4. Martin. Ledem. 2. 4. quæst. 26. art. 2. de Irreg. pag. 366. col. 4. Nauar. in Man. cap. 27. numer. 244. Cosmus Philarchus lib. 4. cap. 13. Henriques lib. 1. 4. cap. 7. §. 1. & Vgol. Tab. 1. cap. 14. §. 1. nume. 15. Et multo minus irregularis erit suspensus a beneficio, aut etiam suspensus a temporalibus si officia temporalia exerceat cum hæc officia Diuina non sint, irregularitas autem non nisi ob exercitium diuinorum cum solemnitate incurritur, vt sepius dictum est.

12 Septimo inferitur, Non esse irregularem eum, qui censura irretitus diuinis interest, dum sunt, eademque audit; Quia diuinis interesse, & ea audire, tam laicorum est, quàm Clericorum, & in capitul. cum medicinalis, & cap. is, cui. de sentent. excomm. lib. 6. & alibi, solum irregularitatem incurere dicuntur, qui diuina officia exequantur, & non qui audiunt, ex glos. in Clem. 2. verbo, Celebrari, de priuileg. Gemin. in d. cap. is, cui. num. 2. & ibi Anchar. nu. 2. & Franc. in cap. cum medicinalis, §. caueant, de sentent. excomm. lib. 6. Panormitan. in cap. illud, numero 8. de Cleric. excomm. ministr. & Innoc. in cap. fina. & Panorm. de excess. præl. & Vgol. Tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 21. Cosmus Philarchus lib. 4. capitul. 13. Sebast. Medic. part. 2. tit. 9. quæst. 3. §. 5. versic. Nonno, & Henriquez lib. 1. 4. capitul. 7. §. 4. quamuis enim hic peccat, irregularitatem tamen non incurrit.

13 Octauo inferitur, Irregularem non esse, qui censura quacunque innodatus Sacramentum aliquod, excepto ordine, recipit, & hoc etiam si speciatim a susceptione Sacramentorum suspendatur, lex Innoc. in cap. cum medicinalis, num. 3. & ibi Gemin. in §. si quis autem, num. 6. & Philip. Franc. ibi, §. fina. de sent. excomm. lib. 6. Henriques lib. 1. 4. cap. 7. §. 4. & Vgol. Tab. 1. cap. 14. §. 1. nu. 22. & colligitur ex c. fina. de Cleric. excomm. ministr. vbi excommunicatus minori excommunicatione, & consequenter priuatus passiuam Sacramentorum communionem, excusatur ab irregularitate. Ratio est: quia Sacramentorum suscepio tam ad Laicos, quam ad Clericos pertinet. Dixi, excepto ordine, Quia suscipiens ordinem in excommunicatione irregularis est, quod intelligo verum, si in susceptione alicuius ordinis sacri actum exerceat, iuxta ea que lib. 4. c. 16. latius exposuimus; vt notauit Vgol. Tab. 1. ca. 14. §. 1. nu. 22. aliàs ex sola susceptione ordinis irregularis non est.

14 Nono inferitur, Irregularem non esse, qui verè censura

ligatus non eſt, licet ſe irregritum exiſtinet, & officia diuina ſolemniſter celebrat, cum hoc iure cautum non ſit, arg. cap. iſi qui, de ſent. excomm. lib. 6. & ita expreſſe docent Fede. de ſent. conſil. 1. 3. & Panor. in cap. ſi vero, 2. num. 7. de ſent. excomm. & Feſin. ibi, & Vgolin. Tab. 1. cap. 14. §. 7. nu. 24. ſicut nec excomm. nunciatus eſt, quia licet percuffit, quem tamen Clericum eſſe putauit, ut iſſem auctores tradunt, requiritur enim veritas Clericatus ad incurrendam excommunicationem, cap. ſi quis ſua dente diabolo, 17. §. 4. & etiam veritas cenſura, vt quis diuina officia, exercendo irregularitatem incurrat.

15. *Decimo inferitur*, Non eſſe irregritum eum, qui minori excommunicatione ligatus diuina officia ſolemniſter exercet, vt colligitur in cap. ſi celebret, de Cleric. excomm. miniſt. Alphonſ. Vivaldi, tract. de excomm. num. 3. 5. Sebaſt. Medic. cit. 9. q. 3. 5. Nec irregularis eſt, qui in Eccleſia polluta celebrat, cap. iſi qui, de ſent. excomm. lib. 6. Quia pollutio non eſt cenſura, aut interdictum iuris Henr. quez lib. 14. ca. 7. §. 3. Coſm. Philarch. lib. 4. cap. 1. 3. in fine. Qua etiam de cauſa, nec irregularis erit, qui violat cenſuram à Diuinis, vt tradunt Nauar. in Manual. cap. 27. num. 188. verſ. vigefimo, Coſmos Philarchus lib. 4. cap. 1. 3. in fine, & nos latius ſup loco expoſuimus, quia non eſt cenſura, Neque etiam irregularis erit licet violando interdictum locale, quamuis peccet. Sylueſt. verbo, interdictum, 6. q. 7. Nauar. in Manual. 2. nu. 187. verſ. Decimo octauo, & qu. 243. verſ. octauo, & Henr. quez lib. 14. cap. 7. §. 3. Martin. Ledelm. 2. 4. q. 26. art. 2. de irreg. pag. 367. colum. 1.

16. *Vndecimo inferitur*, Non eſſe irregritum, qui cum ipſe excommunicatus non ſit, celebrat coram excommunicatis, etiam ſi ſint nominatim denunciati, peccata tamen mortaliter, cap. iſi qui, de ſent. excomm. lib. 6. Matian. Socin. in cap. ſacris, num. 128. de ſent. excomm. Couar. in c. Alma mater, part. 1. §. 6. nu. 9. verſ. ſic. Qui verò nullas de ſent. excomm. lib. 6. Palud. 4. diſt. 18. q. 4. verſ. Quintus effectus. Henr. quez lib. 14. cap. 7. §. 3. Vgolin. Tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 25. Multo que minus irregularis erit Clericus non interdictus, vel non excommunicatus, & non ſuſpenſus, etiam ſi ſcienter celebret in loco non interdicto, ſed tamen coram perſonis ab homine, vel à iure interdictis, vel recipiat publice interdictos ad officia diuina, Sacramenta, vel ſepulturam, vt præſati auctores tradunt, & Sylueſt. verbo, Interdictum, 6. q. 2. verſ. Tertium. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 93. verſ. & qui Miſſam. Alphonſ. Vivaldi, tract. de excomm. num. 3. 8. eſt tamen interdictus illi Eccleſiæ ingreſſus, donec ſatis faciat ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſit, etiam ſi exemptus eſſet, & pretextu exemptionis præſumpſit ſe excommunicatos, aut interdictos admittere, ex c. Episcoporum, de priuileg. lib. 6. & ſi ſic interdictus poſtea celebrat, aut officia diuina ſolemniſter exercet, irregularis eſt, ſic glo. in d. c. Episcoporum, in verbo ingreſſum, & glo. in in cap. iſi qui, verb. Nodatis, de ſent. excomm. lib. 6. Sylueſt. verbo, interdictum, 6. q. 2. verſ. Tertium. Palud. 4. diſt. 18. q. 4. verſ. Quintus effectus. Henr. quez lib. 14. cap. 7. §. 3. & Vgolin. Tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 25. Couar. in cap. Alma mater, part. 1. §. 6. num. 9. de ſent. excomm. lib. 6. qui alios refert, & nos lib. 2. cap. 15. num. 6. expoſuimus.

17. *Duodecimo inferitur*, Irregularis non eſt, qui cenſura innodatus, excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus inferuit, dum celebrat, ex Henr. quez lib. 14. cap. 7. §. 4. & Vgol. Tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 25. poſt Innoc. in cap. ſina, num. 5. de exceſſ. prælat. cum hoc non ſit iure expreſſum, arg. cap. iſi qui, de ſent. excomm. lib. 6. Quod intelligitur, niſi miniſter in ordine ſacro, cantans Euangelium, aut Epistolam ſolemniſter. Peccat tamen, qui ſic excommunicato, interdicto, aut ſuſpenſo inferuit, vt communiter tradunt DD. in cap. ſacris, de ijs, que vi, met cauſa ſunt, & notant Nau. in cap. 1. §. laboret, num. 18. de penit. diſt. 6. & Vgolin. vbi ſuprà.

18. *Dubium* autem eſt, An qui cenſura irregritum diuina ipſe non facit, ſed ſolum auctor eſt, vt alius ſe præſente diuina faciat, irregularis ſit, eo quòd præſtat auctoritatem celebrationis? Reſpondetur ex communi DD. ſententia irregritum eſſe ſe auctorizando, ſic gloſſ. in Clem. 2. in verbo, Celebrari, de priuileg. & Anchar. ibi, numer. 4. & cap. illud,

in fine, & ibi Panor. num. 8. & Marian. Socin. num. 1. de Cleric. excomm. miniſt. & in cap. ſina, de exceſſ. prælati Henr. Bohic. in cap. ſina, numero 9. de Cleric. excomm. miniſt. Gemin. in cap. cum medicinalis, & caueant, num. 5. & ibi Philip. Franc. de ſentent. excomm. lib. 6. Villadego. tract. de irreg. cap. 2. col. 3. Sylueſt. verbo, irregularitas, queſt. 13. verſ. Quartum. Nauar. in Manual. cap. 27. numer. 244. verſ. Aut audit auctorando. Martin. Ledelm. 2. 4. queſt. 26. artic. 2. de irreg. pag. 366. col. 4. Simon Maiol. lib. 3. cap. 21. num. 6. Couar. in cap. Alma mater, part. 1. §. 6. num. 9. verſ. ſed & præter illas, de ſentent. excomm. lib. 6. Alphonſus Vivaldi, tract. de excomm. num. 39. Sebaſtianus Medices, part. 2. tit. 9. queſt. 35. in fine. Coſmos Philarchus, part. 1. lib. 4. cap. 1. 3. Henr. quez lib. 14. cap. 7. §. 3. & Vgolin. Tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 24. Quod procedit, ſive prælati, & Dominus aliqua cenſura ligatus, celebrare faciat coram ſe ligatum, aut non ligatum; ſive ipſe ligatus non ſit, & tamen excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictum coram ſe celebrare facit, ex Nauar. & Ledelm. vbi ſuprà. Et quæ dicta ſunt hæc, quod cenſura irregritus, & actum ordinis ſacri ſolemniſter exercens irregularis ſit, procedunt, etiam ſi ſic excommunicatus, aut alia cenſura innodatus, nec notorius, nec de 19. nunciatus fuerit; Nam Extraneus. Ad euidenda, nihil utilitatis aſſert ipſis cenſura irregritus, nec quæquam in eorum vilitatem ſtatuit, vt optime docent Couar. in cap. Alma mater, part. 1. §. 6. num. 9. de ſent. excomm. lib. 6. & Vgolin. Tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 1. & latius ſuo loco expoſuimus, vt de Panor. in cap. ſina, de exceſſ. prælat. prælatos moneri, ne tempore excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti, diuina coram ſe celebrari faciant, aut celebrant, niſi interſint, quia tunc videntur auctoritate, & promde irregritus redduntur.

20. *Dubium* aliud eſt poteſt, An ſi deſignatus, vel degradatus celebret, aut actum aliquem ſolemniſter ordini Clericali deputatum faciat, irregularis ſit? Reſpondeo non eſſe, quia irregularitas non incurritur, niſi ſit in iure expreſſa, cap. iſi qui, de ſent. excomm. lib. 6. nulli autem habetur hunc eſſe irregritum: ſic Summa Aſtenſis, part. 1. lib. 7. tit. 10. queſt. 5.

21. *Dubium* item eſt, An Clericus ſuſpenſus ab aliquo ordine ſuperiori ſit irregularis, exercendo actum deputatum ordini inferiori? Reſpondeo non eſſe, quia ſuſpenſio à ſuperiori, non intelligitur, ſuſpenſus ab ordine inferiori, vt diximus in materia ſuſpenſionis, & communiter tradunt auctores.

22. *Quarto* Aduertendum eſt, ad irregularitatem hæc et violatio de cenſura Eccleſiaſtica incurrendam requiritur, vt ſcienter officium diuinum ſolemniſter exercat in excommunicato, ne ſuſpenſione, vel interdicto: ſi quis enim per ignorantiam probabiliter, ſcilicet ignorans inuincibiliter ſe excommunicatum, ſuſpenſum, aut interdictum eſſe, celebrat, irregularis non erit, vt colligitur ex c. Apollonia de Cleric. excomm. miniſt. & ibi gloſſ. in verbo, probabiliter, & Panor. in cap. ſina, & ibi Summa, & ibi Panor. in cap. ſina, numero 5. de exceſſ. prælati Innoc. in cap. cum medicinalis, num. 4. de ſentent. excomm. lib. 6. Henr. Bohic. in cap. ſina, numero 1. de Cleric. excomm. miniſt. & Marian. Socin. in cap. per tuas, nu. m. 15. & in cap. cum illorum, num. 9. & in cap. ſacro, num. 107. de ſentent. excomm. & Innocent. in cap. cum medicinalis, num. 4. & Gemin. ibi. caueant, num. 5. & Anchar. num. 2. de ſentent. excomm. lib. 6. Palud. 4. diſt. 18. queſt. 4. verſ. Quintus effectus. Alphonſo de Caſtro, lib. 2. de poteſt. legis pœnal. cap. 14. in fine. Couar. in cap. Alma mater, part. 1. §. 6. num. 9. verſ. Decimo, de ſentent. excomm. lib. 6. Alphonſo Vivaldi tract. de excomm. num. 35. Coſmo Philarcho lib. 4. cap. 1. 3. Sylueſt. in verbo, irregularitas, queſt. 13. verſ. Quintum. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 244. Martin. Ledelm. 2. 4. q. 29. art. 2. pag. 266. col. 4. Henr. quez lib. 14. cap. 7. §. 1. Vgolin. Tab. 1. c. 14. §. 1. nu. 12. Ratio eſt: quia talis ignorantia excuſat à peccato, & conſequenter ab irregularitate, cui irregularitas iſta non niſi pro peccato præterito inſtigatur.

23. *Hinc* Coſmos Philarchus, vbi ſuprà, inferunt non eſſe irregritum eum, qui probabiliter credit ſe cenſura non ligari,

gati, dat exemplum in eo qui celebrat post appellationem a sententia, qua declaratur eum incidisse in excommunicationem pendente appellatione, vt docent Felin. in capit. Rodolphus, de Rescript. prop. finem, glo. in cap. solet, in verb. In effect. de sentent. excom. in lib. 6. Quamuis enim appellatio ab excommunicatione lata, illam non tollat, aut suspendat, & propterea illa non obstante seruanda sit, appellatio tamen a sententia qua declaratur quis in excommunicationem incidisse, excommunicationem illam dubiam relinquit, sicut prius erat, vnde non est irregularis ille, qui vel ante excommunicationem, vel post appellationem celebrat ea pendente, etiam si declaratur male appellasse, vt Nauar. in Manual. cap. 23. num. 104. ante finem annotauit.

24. Sic etiam si feratur excommunicatio contra pensionarium non soluentem pensionem tempore debito, si pensionarius post lapsum terminum non soluat pensionem celebrat, antequam ille, cui debetur pensio, declaret se velle eum esse excommunicatum, probabiliter credens, quod illam excusatum habebit ob impotentiam, vel eius benignitatem, & quod nolit eum esse excommunicatum. Nauar. & Philarchus vbi supra, talem irregularem non esse affirmant. Quod tamen dictum, vt verum sit, intelligi debet iuxta ea, quae lib. 1. cap. 1. in num. 20. & cap. 16. nu. 8. in simili casu diximus.

25. Eadem ratione non sunt irregulares, qui celebrant exco., quod credunt aliquam censuram non esse receptam, vel non esse amplius in usu, vt est illa contra locantes bona Ecclesiastica ultra triennium, ex Caiet. verbo, Excommunicatio, cap. 75. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 150. Cosmo Philarcho, lib. 4. cap. 13. Nec illi etiam, qui celebrant exco., quod credunt se in illo casu non teneri ad illius censuram observationem, quia scilicet, sic reuoluerent peccatum suum omnino occultum, cum honoris & vite periculo, quod legem naturalem euitare tenerent. Hi omnes praedictis probabilibus rationibus celebrantes, non continentur Ecclesiasticam censuram, & consequenter, non sunt irregulares, quia irregularitas, haec ob solum censuram contemptum incurratur, vt diximus, & sciunt quae in similibus casibus tradit Nauar. in Manual. cap. 27. numer. 138. §. Trigesima prima, & ibi Panorm. Sylvest. verbo, irregularitas, & nos lib. 1. cap. 18. num. 35. & num. 36. laius exposuimus. Quae omnia intelligenda sunt de ignorantia, seu credulitate probabili; si quis enim sibi potius blandiens, leui, & vana ratione mouetur ad celebrandum, non est irregularis, sicut neque culpam ob talem ignorantiam crassam effugit, vnde irregularis erit, si habens notitiam excommunicationis per solam famam, celebrat, si modo verum comperit postea, dum modo fama falsi quorundam, qui fide digni sunt, talis enim non habet probabilem ignorantiam, vt colligitur ex cap. illud, & ibi Panorm. numero 4. & glo. in cap. Apostolica, in verbo, Ignorantia probabilis, & ibi Panorm. Sylvest. verbo, irregularitas, q. 11. versic. sextum. Vgolin. vbi supra. Quamuis vbi probabilis sit, nec ne, ex facto iudex arbitrabitur, & in dubio ipsius iuramento stabitur, arg. ca. si verò, 2. & ibi glo. in verbo, propria manu, & ibi Panorm. & Felin. de sent. excom. in semper enim requiritur contemptus, & peccatum, ad hoc, vt censura ligatus celebrando irregularitatem incurrat, cum haec ob culpam, & delictum imposita sit, vt notant Innoc. & DD. in ca. 1. §. sciturus, ibi in gestis, de sent. & re iudic. & facit c. laeares, de Cleric. excom. in si ibi praesumptis scribit.

26. Pari modo irregularis non erit, etiam si se excommunicatum nouerit, si tamen ratione quapiam id non animaduertens contra censuram facit, vt pote perurbatione aliqua animi, ex Adriano in tract. de Clauibus, artic. 3. versic. Septima exceptio, lib. 4. & Vgolin. Tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 12. & idem, si non recordatur.

27. Celebrans autem per ignorantiam iuris, irregularis erit, hoc est, ad hanc irregularitatem incurrendam satis est, si sciat se excommunicatum, suspensum, vel interdictum esse, licet ignoret ius, hoc est, quamuis ignoret irregularitatem incurri, si quis excommunicatus, suspensus, vel interdictus celebrat, vt DD. communiter tradunt, quos sequi-

tur Sotus, 4. dist. 3. quaest. vnica, art. 9. in fine, & dist. 22. qu. 1. artic. 2. in fine, versic. Secundum argumentum: tenetur enim habere huius rei notitiam, & ideo crassa, & supina est ignorantia, quae non excusat a peccato, aut irregularitate ex delicto imposita, vt notat Henriquez lib. 14. ca. 7. §. 2.

29. Qui verò dubitat, an censura irretitus sit, nec ne, si deponat practice dubium, celebrando excusatur ab irregularitate, sicut etiam excusatur si dubitans propendeat se non esse censuram irretitum, vt idem Henriquez vbi supra notauit, qui etiam in d. capit. 7. §. 1. cum Thoma Zerula in sua Praxi Episcop. par. 1. verbo, Irregularitas, dub. 15. & par. 2. verbo Irregularitas, dub. 9. post Iosephum Angles in florib. 4. sent. tract. de susceptione Eucharistiae, ar. 4. difficult. 4. & Anton. de Corduba in Summa Casuum conscientiae, quaest. 142. & Nauar. in Manual. capit. 27. numero 239. tradunt, Sacerdotem excommunicatum, si propter vitandum mortis periculum, aut graue etiam infamiae damnū aut scandalum celebraret, aut Sacramenta in necessitate administraret, a peccato, & irregularitate excusari: Quia ad irregularitatem hanc incurrendam requiritur contemptus, & huiusmodi non presumitur adesse, quando adest necessitas: de qua re legi possunt, quae diximus lib. 1. capi. 18. num. 41. & 42. & lib. 2. cap. 3. num. 27. & 28. Ratio est: quia in necessitate cessat contemptus, & quia necessitas legem non habet. Deinde quia concurrentibus duobus praecipuis incompossibilibus potius tenetur homo adimplere diuinum, quam humanum; At verò praecipuum de vitando scandalo, & propria infamia, est diuinum, & naturale, praecipuum autem de abstinendo, seu de non celebrando tempore excommunicationis, aut alterius censuræ propter incursionem irregularitatis, est tantum positium humanum, eo quod omnis irregularitas, vt patet, est de iure positio Ecclesiastica; praevalet ergo praecipuum primū, illudque seruare tenemur, haec tamen lege, & conditione, vt prius conteratur, & si fieri potest animo obediendi Ecclesiae confiteatur. Quicquid Sotus, Cou. & alij, vt in d. cap. 3. annotauimus, contradicant.

30. Quinta, Dispensatio huius irregularitatis olim soli summo Pontifici reseruata fuit, vt notant Innoc. in capit. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. & Franc. ibi, & idem Innoc. in cap. 1. in fine, & ibi Franc. §. caueant. & Gemin. ibi, de sentent. excom. lib. 6. Panorm. in cap. Clerici, num. 2. & ibi Marian. Socin. num. 8. de Cleric. excom. ministr. & idem Marian. Socin. in cap. officij, num. 172. & in cap. per tuas, nu. 15. & num. 22. de sent. excom. Paludan. 4. distinct. 18. quaest. 4. versic. Quintus effectus, & Syluest. verbo, irregularitas, quaest. 13. versic. primum, in fine, Sotus 4. dist. 25. quaest. 1. artic. 3. ante finem, versic. Quintus casus. Nauar. in Manual. capit. 27. numer. 245. versic. Tertio dico. Martin. Ledesm. 2. 4. quaest. 26. artic. 2. de irreg. pag. 366. colum. 4. Alphons. Vivald. tract. de Excom. nu. 40. Sebastianus Medices par. 2. tit. 9. quaest. 35. Grego. de Valentia Tomo 4. disput. 7. quaest. 19. puncto 3. §. 5. versic. Tertium Cosmus Philarchus lib. 4. capit. 13. Summa Corona, tract. de Irregul. numer. 22. Henriquez lib. 14. cap. 7. §. 5. & Vgolin. Tab. 1. cap. 14. §. 1. numer. 27. immo etiam & modo si procedat ex delicto publico, aut quamdiu manet deductum ad forum contentiosum, quamuis vno tantum teste probetur; vbi autem ex delicto occulto procederet irregularitas haec, Episcopus in ea dispensare poterit, ex Concil. Trident. Sess. 34. de Reformat. capit. 6. Paulo Fulco, lib. 1. de visit. & regim. Eccles. capit. 29. numer. 5. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 194. versic. Septimo. Vgolin. Tab. 1. cap. 14. §. 1. numer. 27. & communi consensu DD. post Concil. Trident. vbi supra.

31. Quoad regulares verò, irregularitatem ex violatione cenurae Ecclesiasticae incurrentes, sciendum est, posse cum eis a suis Praelatis virtute suorum privilegiorum, in huiusmodi irregularitate dispensari, vt patet ex Compendio Privilegiorum Mendicantium, in verbo, Absolutio ordinaria quoad fratres, numero 40. & in verbo, Dispensatio, numero 9. 12. & 21. Et in particulari Papa Eugenius III. Anno Domini millesimo quadringentesimo.

Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo. Quato Kalend. Iulij, Pontificatus sui anno primo, Prælati Congregationis Casinensis, alijs S. Iustitiæ concessit, vt omnes, & singulos dictæ Congregationis præsentis, & futuros Monachos, Nuntios, Conuersos, & Commis- sos, à quibuscunque excommunicationum suspensionum, & interdictorum, sententijs, alijsque pœnis Ecclesiasticis à iure, vel ab homine auctoritate Apostolica, vel quauis alia generaliter, vel specialiter promulgatis, & quarum absolutio esset etiam Sedi Apostolicæ generaliter, vel specialiter reseruata, quoties opus fuerit, absolueri valeant. Ac etiã vt super irregularitatibus quibuscunque, & quomodocunque contractis (homicidio, seu membri mutilatione propria manu commissis, aut falsificatione literarum Apostolicarum, & bigamia duntaxat exceptis) semel tantum cum supradictis dispensare possint. Super irregularitatibus verò, ex censurarum supradictarum, vel earum aliqua violatione, diuina officia celebrando (dum tamen in contemptum clauium non celebrauerint) quoties opus fuerit, similiter dispensare valent: ita vt omnes, & singuli cum quibus super irregularitatibus supradictis dispensari contigerit, vt premititur, ad omnes sacros ordines promoueri, & in ordinibus susceptis liberè ministrare valeant.

De Irregularitate ex delicto malè exercendi, & accipiendi ordines contra- cta Cap. X.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ordines sacros quibus caret, ac si eos haberet, indebitò exercens, irregularis est.
- 2 Ordine, quo quis caret, per ludum, aut ad representandam festiuitatem vtens, irregularis non est.
- 3 Clericus non Subdiaconus, Epistolam solemniter cum manipulo cantans irregularitatem incurrit.
- 4 Baptizans solemniter, si sacerdos non sit, irregularis est.
- 5 Sacramenta Pnctionis extrema, vel Pnitionis, solus sacerdos ministrare potest.
- 6 Laicus ministrans in ordine sacro, quem non habet, irregularis non est.
- 7 Laicus solemniter baptizans, quamuis peccet, irregularitatem tamen non incurrit.
- 8 Laicus Sacerdotem se fingens, & serio absolvens a peccatis irregularis non est.
- 9 Laicus, more, ac modo, quo ex officio prædicatio exerceri solet, prædicans, irregularis non est.
- 10 Ordinem sacrum secundum substantiam recipiens, ommissis quibusdam accidentarijs, ordine sic suscepto vtens, antequam omnia suppleat, peccat, suspensus tamen, aut irregularis non est.
- 11 Ordinis ex vfu non suscepti irregularis factus, a quo dispensandus.
- 12 Excommunicatus maiori ordinem sacrum scienter suscipiens, irregularis est.
- 13 Excommunicatus minori recipiendo ordines peccat, irregularitatem tamen non incurrit.
- 14 Irregularitas, ob solam iuris expressionem, & non ob rationis paritatem incurritur.
- 15 Ignorantia probabilis facti, non iuris, excommunicatum ab incurfu irregularitatis ob ordinis sacri suspensionem excusat.
- 16 Delictum, quando censetur occultum, vt Episcopus in irregularitate, ex indebita ordinis suspensione incurfa, dispenset.
- 17 Ordinatus ab Episcopo Excommunicato maiori, & ab exe-

cutione suscepti ordinis suspensus est, & peccatum tale committit.

- 18 Consecratio calicis tamdiu manet, quamdiu eius forma perseverat.
- 19 Absolutio Sacramentalis, & Ordinis Sacerdotalis, & iurisdictionis actus est.
- 20 Ordinatus scienter, aut ignoranter ab Episcopo excommunicato maiori, a quo dispensandus.
- 21 Ordinatus per metum grauem, & cadentem in vitium constantem ab Episcopo excommunicato maiori, sine a culpa, ita etiam a pena excusatur.
- 22 Ordines omnes Minores vno eodemque die, vel vnum ex illis simul cum Subdiaconatu suscipiens, irregularis est.
- 23 Mendicantes virtute suorum priuilegiarum duos ordines sacros eodem die suscipere nequeunt.
- 24 Ordines sacros contra Episcopi prohibitionem sub excommunicatione lata sententiæ suscipiens, irregularis est.
- 25 Ordines omnes quatuor Minores eodem die suscipiens irregularis non est, nisi &c.
- 26 Ordines Minores, & Subdiaconatus eodem die simul prescripta consuetudine, sine irregularitate, recipi possunt.
- 27 Ordinatus ab Episcopo, qui loco, & dignitati renunciat, irregularis est.
- 28 Ordine sacro ante legitimam ætatem, vel extra tempora Canonica, vel absque literis dimissorijs ordinatus, ipso facto suspensus est.
- 29 Tempora Canonica pro suscipiendis sacris ordinibus retenta, quænam sint.
- 30 Dimissorias literas quis dare possit.
- 31 Dimissorias literas Capitulum infra annum a die vocationis Ecclesiæ, dare nequit.
- 32 Dimissorijs pro literis Episcopus nihil accipere potest.
- 33 Dimissorijs pro literis quando, & quid Notarij Episcoporum accipere possunt.
- 34 Ordinatus sine dimissorijs Episcopi, sed tamen cum eius licentia, suspensus, aut irregularis non est.
- 35 Dimissorias literas quibus in casibus Capitulum concedere valeat.
- 36 Dispensare quis potest cum ordinato sacris ante legitimam ætatem, vel extra tempora, vel sine literis dimissorijs.
- 37 Ordinatus furtiuè, irregularis est.
- 38 Ordinatus an sit qui furtiuè se ingerit, prohibente Episcopo, ne quis se ingerat, & dicente se non intendere ingrentem se furtiuè ordinare.
- 39 Ordinatus per saltum, & ab ordinis suscepti executione, & a promotione ad altiores suspensus est.
- 40 Ordinatus per saltum, si in superiori suscepto non ministrauerit, ab Episcopo dispensari potest.
- 41 Episcopus per saltum promotus irregularis, & suspensus est ab ordinis ommissi collatione.
- 42 Ordinatus, absque eo quod prius Sacramentum confirmationis suscepit, quamuis mortaliter peccet, irregularitatem tamen non incurrit.

1 **Q**uod irregularitates ex indebito vfu, & exercitio ordinum prouenientes, Communis DD. sententia est, quod omnis Clericus ministrans scienter & serio in aliquo ordine sacro, quem non habet, tanquam si esset ordinatus, sit irregularis, & colligitur ex cap. 1. & 2. de Cleric. non ordin. ministr. Summa Confess. libr. 1. tit. 22. §. 44. Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. ar. 2. de Irreg. pag. 366. colum. 3. Nau. in Man. cap. 27. nume. 242. verfic. Septimo. Sorio dist. 25. quæst. 1. art. 3. Sebast. Medice par. 2. tit. 9. quæst. 33. verfic. octauo. Summa Corona tract. de Irreg. no. 19. verfic. Tertio.